

dilecti Nicolai Longi civis Glacensis nobis sepius exhibita et in antea fructuosius exhibenda, quarum intuitu volentes eidem facere gratiam specialem sibi et suis heredibus duo macella nostra in civitate nostra Glacensi, que per Henricum dictum Strutwolf et Hermannum Heutman ad presens possidentur, concessimus et concedimus donavimus et auctoritate presencium donamus per nos habenda tenenda et possidenda ita tamen, quod iidem IIII^{or} marcas Glacensis ponderis annuatim pro censu solvere teneantur ab eisdem dantes insuper dicto Nycolao et suis heredibus ipsa macella vendendi alienandi obligandi locandi et in alias personas quascumque transferendi modo quocumque salvo censu nostro predicto plenam et liberam potestatem. Mandamus igitur tibi capitaneo Glacensi etc. Datum Prage feria sexta post festum sancti Mathei apostoli et evangeliste. Nos igitur eadem supplicatione utpote iusta et rationabiliter submissa¹ ob eiusdem Nycolai, quibus nobis et genitori nostro predicto sepe complacuit evidenter, merita probitatis, sibi et heredibus ac successoribus suis supradictas litteras in omnibus suis tenoribus sentenciis et clausulis de verbo ad verbum prout scripte sunt, de certa nostra scientia approbamus et de specialis nostre celsitudinis gratia confirmamus mandantes universis capitaneis etc. Datum Prage anno domini M^oCCC^oXLVIII^o, VII^o ydus aprilis, regnorum nostrorum anno secundo.

Nr. 17 [1348 April 11].

Petrus de Gugelow.

Karolus etc. quod constitutus in nostre serenitatis presentia Petrus de Gugelow fidelis noster dilectus suo et fratris sui nomine nobis humiliter [supplicavit], quatenus ipsis litteras clare memorie illustris Iohannis quondam Boemie regis genitoris nostri karissimi approbare ratificare et confirmare de benignitate regia dignaremur, quarum tenor per omnia talis erat: Iohannes dei gratia etc. quod propter multa servicia, quae nobis fideles nostri dilecti Petzko et Zacharias de Gugelow prompta devocione fideliter prestiterunt et que speramus ab ipsis in futurum accipere meliora, ipsis et heredibus ac successoribus eorum legitimis imperpetuum exactiones nostras pecunia² et a[nnone]³ monetales pecunias

1) Die hier gestandenen Worte sind nahezu völlig abgerieben, so dass die Lesung unsicher bleibt. 2) So statt 'pecuniarum'. 3) Ergänzt nach einer mir vom Staatsarchiv Breslau gütigst zur Verfügung gestellten Abschrift der Urkunde von 1348 April 11 aus Rep. 16. F. Breslau, Obergerichtsbuch n. 2 (Breslauer Landbuch B Perpetuorum) fol. 86 bezw. 89v.